



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Desiderius. Dialogvs Vere Pius, & Comprimis Iucundus, De  
Expedita Ad Dei Amorem Via**

**Comalada, Miguel**

**Elvaci, 1685**

Cap. I. Desiderius peregrinatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60062](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60062)



# PARS I.

*Desiderius peregrinatur.*

## CAPUT I.

**I**N vastâ quâdam soli-  
tudine degebat vir qui-  
dam sanctus ac pius, je-  
junijs, obsecrationibus,  
& vigilijs serviens DEO. Hunc  
quandoque ingens incessit cupido  
veram absolutamque sapientiam &  
Amorem DEI, quatenus quidem  
possibile foret, adipiscendi. Itaq; se-  
cum statuit totum peragrare orbem,  
exploraturus, si quem uspiam re-  
perire liceret hujus rei magistrum.  
Mox è sua egressus cellula, magno  
cum



cum desiderio cœpit iter capessere.  
 Et posteaquam vir pius (dicebatur  
 autem Desiderius) multo jam tem-  
 pore in itinere positus fuerat, ob-  
 vium habuit pastorem quemdam,  
 in medio prato suas pascentem oves,  
 cuius aspectu exhilaratus est. Jam  
 enim prolixa emensus erat itinera,  
 nec tamen quemquam unquam vi-  
 dere contigerat. Gratias, inquit  
 Desiderius, ago Omnipotenti DEO  
 Frater mi, quòd te hîc reperio. Et  
 Pastor, advenisse te, ait, gratula-  
 mur: Ecquid verò in hac perquiris  
 solitudine? Cui Desiderius respon-  
 dit: Equitem quemdam, qui  
 hâc profectus est,  
 inquirò.

